

**USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)**  
**Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2021- Livello A -Prova Preselettiva**

*Langobardorum astutia*  
*Summarium*

Langobardi, qui etiam Winili appellantur,  
Wandalos vincunt sed a Scoringā in  
Mauringam eunt. Assipitti tamen, qui populus  
Germanicus sunt, eorum iter impediunt.  
Langobardi, qui paucas copias habent, eos  
terrent simulantes se in castris habēre saevos  
milites canini capitisi. Ergo Assipitti  
Langobardis bellum non inferunt.



Source Wikipedia:

[https://it.wikipedia.org/wiki/Migrazione\\_lombarda#/media/File:Lombard\\_Migration.jpg](https://it.wikipedia.org/wiki/Migrazione_lombarda#/media/File:Lombard_Migration.jpg)

1	Winili, vel "Langobardi", <b>commisso</b> cum Wandalis proelio, acriter decertantes, victoriam
2	capiunt. Sed postmodum <sup>1</sup> magnam famem et cibi penuriam in provinciā Scoringā passi
3	sunt, et multum animo afflitti sunt.
4	Egredientes de illā provinciā et ad Mauringam procedentes, <u>Assipitti eorum iter</u>
5	<u>impediunt</u> , denegantes <b>eis</b> per suos terminos transitum. <u>Cum Langobardi magnas</u>
6	<u>hostium copias cernerent</u> , neque <b>cum</b> eis ob paucitatem <b>sui</b> exercitus certare audērent,
7	<b>quid</b> agere debērent <u>decernentes</u> , tandem necessitas consilium repperit <sup>2</sup> . Langobardi
8	enim simulant, <b>se</b> in castris suis habēre "cynocephalos", id est homines canini capitisi.
9	Divulgant apud hostes, hos "cynocephalos" fortiter bella gerere, humanum sanguinem
10	bibere et, cum hostem adsequi <sup>3</sup> non possint, proprium potare cruorem <sup>4</sup> ; et, <b>ut</b> hostes
11	huic fabulae fidem facerent, plurimos in castris ignes accendērunt. Hostes, <u>his auditis</u>
12	visisque, fabulae credidērunt, et bellum <b>quod</b> minabantur <sup>5</sup> temptare non ausi sunt.

<sup>1</sup>Postmodum = postea, deinde; <sup>2</sup>Reperio, -si, reperi, repertum, -ire = Invenio, -is, -vēni, -ventum, -ire; <sup>3</sup>Adsequi = capere; <sup>4</sup>cruor, cruoris, m. = sanguis, sanguinis, m.; minabantur = inferre volebant

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto SEI PAROLE scelte fra quelle elencate dopo il testo (**indica il numero nello spazio bianco**). (6 punti)

Winili, qui postea Langobardi appellati sunt, contra Wandalos pugnavērunt et eos \_\_\_\_\_. Deinde tamen a Scoringā, quae est \_\_\_\_\_ ubi habitabant, in Mauringam migrare volebant, quia in Scoringā \_\_\_\_\_ cibi penuria fuit ut famem paterentur. Assipitti autem noblebant eos transire suos fines et parati erant ad bellum. Langobardi vidērunt magnum Assipitorum \_\_\_\_\_ neque cum eo propter copiarum suarum exiguitatem pugnare poterant. Dum decernunt quid agerent, difficultas eis exitum praebuit; Langobardi finxērunt "cynocephalos", id est homines quibus caninum caput \_\_\_\_\_ et Assipittis nuntiaverunt cynocephalos in castris esse et eos strenuos milites esse. Cynocephali sanguinem hostium bibeant et, si hostes capere non poterant, suum ipsum sanguinem potabant. Hostes eorum verbis credidērunt et \_\_\_\_\_ proelium non committere.

1. scivit	4. bona	7. vicērunt	10. maluērunt
2. regio	5. erat	8. habent	11. tanta
3. proelium	6. urbs	9. exercitum	12. victos esse

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA (**VERO/FALSO**). (6 punti)

1.Langobardi olim Wandali appellati sunt	V	F
2.Langobardi ab hostibus vincuntur; ergo Scoringam relinquunt	V	F
3.Langobardi in Mauringam ire volunt sed Assipitti id non concedunt	V	F
4.Langobardorum exercitus minor quam Assipitorum est	V	F
5.Langobardi credunt in Assipitorum castris cynocephalos esse.	V	F
6.Cynocephali, dicunt Langobardi, caput caninum habent et saevi sunt	V	F

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano. (8 punti)

1.Qui sunt Wandali?

- a. Populus qui contra Langobardos pugnat et vincit
- b. Populus qui a Scoringā in Mauringam ire vult
- c. Populus qui a Langobardis victus est post asperum proelium
- b. Populus qui contra Langobardos pugnat ob magnam cibi penuriam

2. Quando Langobardi a fame affliguntur?

- a. Postquam Wandali eos vicērunt
- b. Antequam Scoringam relinquunt
- c. Cum in Mauringā sunt
- d. Dum iter ad Mauringam faciunt

3.Cur Assipitti cum Langobardis pugnare volunt?

- a. Quia Langobardi in Scoringam ire volunt
- b. Quia sciunt eos magnā cibi penuriā afflictos esse

- c. Quia Langobardi eorum fines transire debent
  - d. Quia Langobardi eos petunt
4. Cur Langobardi cum Assipittis proelium committere nolunt?
- a. Quia Langobardorum copiae paucae sunt
  - b. Quia Langobardorum milites strenui non sunt
  - c. Quia in Assipitorum castris monstra sunt
  - d. Quia Assipitorum castra capi non possunt
5. Quomodo Langobardi suam difficultatem solvunt?
- a. Novum copiarum delectum habent
  - b. Mendacium apud Assipitos divulgant
  - c. Assipitorum copiis insidias parant
  - d. Contra Assipitorum copias cum cynocephalis pugnant
6. Qui sunt cynocephali?
- a. Strenui milites qui, ut Langobardi credunt, cum Assipittis pugnant
  - b. Monstra quae Langobardi in Wandalorum castris cepērunt
  - c. Monstra quae, ut Langobardi dicunt, humanum caput habent
  - d. Monstra quae, ut Langobardi dicunt, humanum sanguinem sumunt
7. Cur Langobardorum verba de cynocephalis credibilia sunt?
- a. Quia Assipitti antea cum cynocephalis pugnavērunt
  - b. Quia Langobardi Assipittis cynocephalos monstrant
  - c. Quia multi ignes in castris a Langobardis accenduntur
  - d. Quia cynocephali Assipitorum milites petunt
8. Cur Assipitti tandem proelium cum Langobardis non committunt?
- a. Quia eorum milites pauci sunt
  - b. Quia Langobardorum exercitus maior eorum copiis est
  - c. Quia cynocephalos timent
  - d. Quia Langobardi eos non adgrediuntur
4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte, in base al testo letto. (8 punti)
1. R. 1. **Commissio** è:
- a. Particípio perfetto dativo
  - b. Particípio perfetto ablativo
  - c. Aggettivo dativo
  - d. Aggettivo ablativo
9. R. 5. **Eis** è:
- a. Dativo plurale riferito a *Langobardi*

- b. Ablativo plurale riferito a *Langobardi*
- c. Dativo plurale riferito a *Assipitti*
- d. Ablativo plurale riferito a *Assipitti*

10. R. 6. **Cum** è:

- a. Preposizione
- b. Congiunzione coordinante
- c. Congiunzione subordinante con indicativo
- d. Congiunzione subordinante con congiuntivo

11. R. 6. **Sui** è:

- a. Pronome personale genitivo singolare
- b. Aggettivo possessivo genitivo singolare maschile
- c. Aggettivo possessivo genitivo singolare neutro
- d. Aggettivo possessivo nominativo plurale maschile

12. R. 7. **Quid** è:

- a. Pronome indefinito nominativo
- b. Pronome indefinito accusativo
- c. Pronome interrogativo nominativo
- d. Pronome interrogativo accusativo

13. R. 8. **Se** è:

- a. Pronome personale accusativo singolare
- b. Pronome personale accusativo plurale
- c. Pronome personale ablativo singolare
- d. Pronome personale ablativo plurale

14. R. 10: **Ut** introduce una proposizione:

- a. Temporale
- b. Completiva
- c. Finale
- d. Consecutiva

15. R. 12: **Quod** è:

- a. Pronome relativo
- b. Aggettivo indefinito
- c. Aggettivo interrogativo
- d. Congiunzione

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito (4 punti).

A. RR. 4-5: Assipitti eorum iter impediunt.

Eorum iter ab Assipittis \_\_\_\_\_.

B. RR. 5-6: Cum langobardi magnas hostium copias cernerent, (...) tandem necessitas consilium repperit.

Quia Langobardi magnas hostium copias \_\_\_\_\_, (...) tandem necessitas consilium repperit.

C. R. 7: [Langobardi] quid agere debērent decernentes, tandem necessitas consilium repperit.

[Langobardi] dum \_\_\_\_\_ quid agere debērent, tandem necessitas consilium repperit.

D. R. 11: Hostes, his auditis (...), fabulae credidērunt.

Hostes, postquam haec \_\_\_\_\_ (...), fabulae credidērunt.

### *Fabula de Langobardorum nominis origine*

#### *Summarium*

*Narratur fabula de Langobardorum nominis origine. Langobardorum mulieres cum solutis crinibus ad barbae similitudinem ante faciem deo Godan se monstrant et deus, eas videns, exclamat: "Qui sunt isti 'longobardi'?" Quia 'Langobardos' primos vidiit, Godan, ut promiserat, eis, non Wandalis, victoriam concedere debet.*

1	Refert hoc loco antiquitas ridiculam fabulam: Wandali, accedentes ad Godan <sup>1</sup> , victoriam
2	contra Winilos postulavērunt; deus respondit se victoriam daturum illis, quos, <u>oriente sole</u> ,
3	primum conspexisset. Tunc Gambara <sup>2</sup> accessit ad Fream, <u>uxorem Godan</u> , et Winilis
4	victoriam postulavit. Frea consilium dedit, ut Winilorum mulieres solutos crines ante faciem
5	ad barbae similitudinem componerent, et primo mane <sup>3</sup> cum viris adessent seseque
6	collocarent a Godan facile videndas. Atque ita factum est. Cum Godan, oriente sole, eas
7	conspiceret, <u>dixit</u> : "Qui sunt isti 'longibarbi'?". Tunc <u>Frea subiunxit</u> <sup>4</sup> : "Ipsis, quibus nomen
8	tribuisti, <u>victoriam concede!</u> " Sicque Winilis Godan victoriam concessit. <u>Haec risu digna</u>
9	<u>sunt</u> et pro nihilo habenda (sunt).
10	<u>Certum tamen est, Langobardos</u> , qui antea "Winili" dicti erant, <u>a longitudine barbae ita</u>
11	<u>postmodum appellatos esse</u> ). Nam iuxta illorum linguam "lang" longam, "bard" barbam
12	significat.

<sup>1</sup>Godan nomen indeclinabile est. Godan est deus Germanicus quem Romani 'Mercurium' vocant.

<sup>2</sup>Gambara = Winilorum regina; <sup>3</sup> Primo mane = simul ac sol oritur; <sup>4</sup>Subiunxit = dixit

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti)

Wandali a Godan victoriam contra Winilos petivērunt; sed deus promisit eos victores fore quos primos ipse primā \_\_\_\_1\_\_\_\_ vidisset. Gambara autem, Winilorum regina, a Freā, Godan uxore, petivit ut Winili \_\_\_\_2\_\_\_\_. Frea monuit ut Winilorum feminae crines solverent et eos ante faciem tamquam barbam ponerent. Mulieres deinde se collocare debebant ita ut Godan eas facile \_\_\_\_3\_\_\_\_ posset. Sic eae \_\_\_\_4\_\_\_\_. Oriente sole Godan eas vidiit et exclamavit: "Qui sunt isti 'longibarbi'?". Uxor Frea tum petivit a marito ut 'Langobardis' victoriam concederet; \_\_\_\_5\_\_\_\_ enim primos conspexerat et eis nomen dederat. Sic factum est.

Haec fabula digna \_\_\_\_6\_\_\_\_ non est, sed Langobardi a longā barbā nomen cepērunt, quia apud eos 'longa' 'lang' dicitur et 'barba' 'bard'.

Conspicio, -is, -spexi, -spectum, -ěre

Is, ea, id

Facio, -is, feci, factum, -ěre

Lux, lucis, f.

Fides, -ei, f.

Vinco, -is, vici, victum, -ěre

7. Trasforma le seguenti proposizioni, secondo quanto suggerito (6 punti)

A. R. 2: Deus respondit se victoriam daturum illis, quos, oriente sole, primum conspexisset.

Deus respondit se victoriam daturum illis, quos, cum sol \_\_\_\_\_, primum conspexisset (**cum narrativo**).

B. R. 3: Tunc Gambara accessit ad Fream, uxorem Godan.

Tunc Gambara accessit ad Fream, quae uxor Godan \_\_\_\_\_.

C. R. 7: [Godan] dixit: "Qui sunt isti 'longibarbi'?"

[Godan] quesivit qui \_\_\_\_\_ isti 'longobarbi'.

D. RR. 7-8: Frea subiunxit: "Ipsis (...) victoriam concede!"

Frea iussit Godan ipsis victoriam \_\_\_\_\_.

E. RR. 8-9: Haec risu digna sunt.

Auctor putat haec risu digna \_\_\_\_\_.

F. RR. 10-11: Certum tamen est, Langobardos (...) a longitudine barbae ita postmodum appellatos (esse).

Langobardi tamen dicuntur a longitudine barbae ita postmodum \_\_\_\_\_.

## Soluzioni

1.

Winili, qui postea Langobardi appellati sunt, contra Wandalos pugnavērunt et eos (**7. Vicērunt**). Deinde tamen a Scoringā, quae est (**2. Regio**) ubi habitabant, in Mauringam migrare volebant, quia in Scoringā (**11. Tanta**) cibi penuria fuit ut famem paterentur. Assipitti autem nolebant eos transire suos fines et parati erant ad bellum. Langobardi vidērunt magnum Assipittorum (**9. Exercitum**) neque cum eo propter suarum copiarum exiguitatem pugnare poterant. Dum decernunt quid agerent, difficultas eis exitum praebuit; Langobardi finxērunt "cynocephalos", id est homines quibus caninum caput (**5. Erat**) et Assipittis nuntiaverunt cynocephalos in castris esse et eos strenuos milites esse. Cynocephali sanguinem hostium bibebant et, si hostes capere non poterant, suum ipsum sanguinem potabant. Hostes eorum verbis credidērunt et (**10. Maluērunt**) proelium non committere.

2. F/F/V/V/F/V

3. c. b. c. a. b. d. c. c.

4. b. a. a. b. d. b. c. a.

5.

A. RR. 4-5: Assipitti eorum iter impediunt

Eorum iter ab Assipittis IMPEDITUR

B. RR. 5-6: Cum Langobardi magnas hostium copias cernerent, (...) (tandem necessitas consilium repperit)

Quia Langobardi magnas hostium copias CERNEBANT/CREVERUNT, (...) (tandem necessitas consilium repperit)

C. R. 7: (Langobardi quid agere debērent) decernentes, (tandem necessitas consilium repperit)

(Langobardi) dum DECERNUNT/ DECERNEBANT (quid agere debērent, tandem necessitas consilium repperit)

D. R. 11: (Hostes), his auditis (...), (fabulae credidērunt)

(Hostes), postquam haec AUDITA SUNT/ERANT/AUDIVERANT/AUDIVERUNT (...), (fabulae credidērunt)

6.

Wandali a Godan victoriam contra Winilos petivērunt; sed deus promisit eos victores fore quos primos ipse primā LUCE vidisset. Gambara autem, Winilorum regina, a Freā, Godan uxore, petivit ut Winili VINCERENT. Frea monuit ut Winilorum feminae crines solverent et eos ante faciem tamquam barbam ponerent. Mulieres deinde se collocare debebant ita ut Godan eas facile CONSPICERE posset. Sic eae FECERUNT. Oriente sole Godan eas vidi et exclamavit: "Qui sunt isti 'longibarbi'?". Uxor Frea tum petivit a marito ut populo 'Langobardis' victoriam concederet; EOS enim primos conspexerat et eis nomen dederat. Sic factum est.

Haec fabula digna FIDE non est, sed Langobardi a longā barbā nomen ceperunt, quia apud eos 'longa' 'lang' dicitur et 'barba' 'bard'.

7.

A RR. 2: (Deus respondit se victoriam daturum illis, quos,) orientē sole, (primum conspexisset)  
(Deus respondit se victoriam daturum illis, quos,) cum sol ORIRETUR, (primum conspexisset)  
**(cum narrativo)**

B. R. 3: (Tunc Gambara accessit ad Fream,) uxorem Godan  
(Tunc Gambara accessit ad Fream,) quae uxor Godan ERAT/EST

C. R. 7: (Godan) dixit: "Qui sunt isti 'longibarbi'?"  
(Godan) quesivit qui ESSENT isti 'longobarbi'

D. RR. 7-8: Frea subiunxit: "Ipsis (...) victoriam concede!"  
Frea iussit Godan ipsis victoriam CONCEDERE

E. RR. 8-9: Haec risu digna sunt  
Auctor putat haec risu digna ESSE

F. RR. 10-11: Certum tamen est, Langobardos (...) a longitudine barbae ita postmodum appellatos  
(esse)  
Langobardi tamen dicuntur a longitudine barbae ita postmodum APPELLATI (ESSE)

## **VALUTAZIONE**

**A1:** 75% del punteggio totale della prima parte (24/32 dei primi cinque esercizi); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.

**A2:** 75% del punteggio totale (33/44), di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7)